

De salute corporis / [Guglielmo].

Contributors

Guglielmo, da Saliceto, approximately 1210-1276 or 1277.

Publication/Creation

[Leipzig] : [A. de Colonia], [1495]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/r58z9nef>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>





Case 3. b. 33.

C.C.

C115

G
L
a
95

14 ff. le den bl.

Hain (14152)

Pr. 2999

t/t|-

~~13-10~~

~~11-10~~

Saliceto (Guilielmus de)

De salute corporis. Joannis de Turne curata
de salute animae

Leipzig: Arnoldus de Colonia 1495

Hain * 14152


Proctor 2999


B.M. III, 644


very small


No copy in European Archives
Lith


in M. A.











In presenti libello continen

tur duo singulares et peruciles tractatus quorū primus est
De salute corporis quē edidit excellentissimus ac probatissi-
mus medicine Doctor dñs Guilhelmus de saliceto ad indi-
tum Alonsum Arrogonie et Licilie Regem. ¶ Secun-
dus vero tractatus est de salute anime. Hunc miro quodā
ac diuino magis q̃ humano artificio composuit. Reueren-
dissimus pater dominus Cardinalis de turre cremata ordi-
nis predicatorum sacre pagine doctor eximius.

In presenti codice continentur duo singulares et peritiles tractatus. quorum primus est de salute corporis. Hunc edidit excellentissimus ac probatissimus medicine doctor Guilhelmus de saliceto Alterum vero qui est De salute anime. miro quodam et diuino magis quam humano artificio composuit. Reuerendissimus pater dominus Cardinalis de turre cremata ordinis predicatorum sacre pagine doctor eximius.

Titulus primus horum duorum tractatum.

Ad inclitum alfonsum aragonie et cecilie regem tractatus de salute corporis editus bononie per insignem virum dominum Guilhelmum de saliceto medicine doctorem famosissimum. Incipit feliciter.

Salus corporis potissime consistit in conseruatione sanitatis. conseruatio autem sanitatis in debita conmensuratione sex rerum innaturalium a quibus tota dependet sanitas. ut tercio tegni asserit.

Galienus. que sunt Aer. cibus potus sompnus vigilia. Notus quies. Repletio inanitio. et accidentia anime. Idcirco ego Guilhelmus de saliceto medicinalium doctorum studij Bononiensis minimus. ad honorem dei et zelum publice utilitatis. instante quoque. immo iubente inclito arragonum et cecilie rege. tractatum de salute corporis breuiter atque ut spero non inutiliter scribere aduorior. imitando vestigia predecessorum meorum. maxime vero preceptoris olim mei domini per de tussignano. nihil ei derogando. sed honorando potius eumque insequendo cum additionibus multis. Scripsit enim tractatum de eare optimum. et pulchrum scilicet que scribit atque utilia. sed generalia satis. ego vero magis ad particularia descendam. Proce dit autem dictus preceptor meus ordinate admodum per certas regulas iuxta numerum sex rerum innaturalium predictarum. et nos similiter in his additionibus. nostris ita faciemus. suasque huiusmodi regulas et sua verba omnia fideliter prout iacent ad longum recitabimus. et post quamlibet regulam quod nostrum est per modum additionum subiungemus.

Prima igitur sua regula de aere talis est.

Uāuis non sit tanta vis in electione aeris tpe sano
sicut tpe epidimico. cōsultius tamē est morari in bo
no et puro aere semoto a stagnis et locis palustris
bus q̄ in cōtrario. Aduertendum etiā q̄ pñciosa res est et
male cōsequentie habere cloacam presertim fetidam iuxta ca
merā. inde em̄ potest causari febris pestilentialis. in quo mul
ti male sciunt curare. **ADDJLJD.** Cōueniens et necessa
rium est vt corpora sana morantur in locis in quibus calor
nō sit ita fortis q̄ humiditatē corporis in sudorem resoluat.
Nā talis resolutio facit calorem et spūs exalare. et p̄pterea totū
corpus debilitat et preparat ip̄m ad egritudines et syncopim.
Similiter nō debent esse frigus tante intensiōis vt ex eo
corpa cōtrahantur et horripulent. q̄ tale frigus preparat ad
extinctionē finaliter caloris naturalis et mortificationē mem
broꝝ et corruptionē digestionis. Terra et māssiones nō sint
humide nimis neq̄ molles neq̄ palludinoſe neq̄ puluerulen
te. s̄ sint inter has dispositiones medie. Iḡ si loca fuerint
nimis calida vel frigida. temperentur cū cōtrario. Et si sint
puluerulenta et sordida cū aqua talia loca rozanda s̄t. vt ex
tali rozatione temperamentū recipiant. Si p̄o sint humida
palludinoſa aut mollia. morandū est sup̄ sollaria et loca alta.
et exsiccentur loca cum igne suffunigationibus de thure mir
ra et similibus. Et hoc est quod vult. Ba. in libro regni capi
tulo de causis vbi dicit q̄ omne immoderatū reducat ad mo
deratum per immoderatum cōtrarium. Mansiones vero ex
ercitiales si quis cogeretur stare in campo sic ordinentur.
Tentoria debēt multum separari abinuicem. et reuolui por
te versus septentrionem si est estas. si vero est hyemps ecōtra
rio. Et si herbe mali odoris ibi fuerint vel cadauera aut alie
res fetide cōburantur. quia ignis remouet omnem maliciā
et fetorem a rebus.

Scda regula de cibo et potu

Erub̄ ysaac in libro viatici. Conseruator sani
tatis stomachum custodiat. ne cum cibus sit ei
necessarius ipsum prohibeat. neq̄ ei vnq̄ plus
det de cibo vel potu quam digerere valeat.

AA. ij

*Abstinentia vltis
p. 7*

de ieiunando

*p. 7 Abstinentia
no.*

*Regiones proprias
sunt naturae*

*Antiqui vultu et
sine frigida
relicta sunt*

Quesitum est a Galieno que nam esset medicina perfectior. qui respondit. abstinentia. Que est duplex. vniuersalis videlicet et particularis. vltis ut homo totaliter abstineat a cibo et potu donec appetitus sensibilibiter vel rationabiliter confortetur. Et dicitur rationabiliter. aliquando enim contingit quod a calore fundi stomachi in ieiuno fumi et vapores resoluantur impediens orificium stomachi ubi viget virtus appetitiua. et causant ibi repletionem sue saturitatem fantastica. unde sumpto pauco cibo fumi deponuntur et virtus appetitiua confortatur. Ecce propter hanc causam non est bonum ultra modum ieiunare. quia stomachus exinanitus attrahit sibi ab omnibus membris diuersos humores qui corrumpuntur in ea et sunt cause multarum egritudinum. ut ait Gal. Sed particularis abstinentia est abstinere a rebus similibus complexioni. sicut colericus ab allio pipere. et vino forti. ceterisque rebus calidis et siccis. flegmaticus a rebus flegmaticis. et sic de alijs. Ratio autem quare antiqui iusserunt tam parum comedere est ut calor naturalis dominetur rei digestibili. Nam si in comestione passiuum predominetur actiuo. generatur fastidium quod est magnum preparamentum ad sanguinem corrumpendum. et ad malos humores et morbos generandum. **ADDITIO.** In mensuratione cibi et potus oportet considerare quantitatem. qualitatem. consuetudinem. et regionem. De his duobus ultimis ait Auicenna li. i. ca. de eo quod comeditur et bibitur. Regiones habent proprias naturas et usus sunt res extra rationem et in hoc experimentum vincit rationem. Dicit etiam ibidem. Est namque cibus qui solet comedi in quo existit aliquod nocuumtum melior cibo bono non visitato. Concordat Hippocrates. secunda particulari amforismo dicens. Ex multo tempore consueti. et si fuerint deteriora insuetis. minus molestare consueuerunt. Et iterum in alio amforismo. Assueti assuetos ferre labores. et si fuerint senes debiles fortibus iuuenibus facilius ferunt. Preterea regio frigida melius et cum minori lesione sustinet errores comedendi et bibendi quam regio calida. eo quod natura in regione frigida fortior est quam in calida et ventres calidiores et omnia interiora in temporibus frigidis. De quibus ait Hippocrates. prima particulari amforismo. Ventres vere et hyeme calidissimi sunt natura. Similiter dicimus de regionibus. Quantitas cibi et potus taliter men-

Galenus caueat sibi ab allio pipere vino forti.

Dormitio per prandium in pinguiet

furari debet ne stomachus venter aut ypodia tensione gra-
uenter. Qualitas primo mensuratur p saporem. vñ Auicen.
li. i. capi. de eo qđ comeditur et bibitur. Nutriens melius est
qđ melius sapit dum mō bone fuerit substātie. Scđo ex cog-
nitione cōplexionis et cōpositionis eius qui regitur quia si
fuerit cōplexionis calide et cōpositionis rare. regatur cū cali-
do habēre aliquā viscositatē moderato vsu. Simile em̄ aug-
mentat et cōfortat suū simile. dum mō vsus sit tpatus. Si ho-
nō sit tpatus facit suū simile furere. Et qđ dictū est de vno
genere cōplexionis et cōpositionis intellige de oībus alijs.

Tertia regula de somno et vigilia.

Non est bonū immediate sumpto prandio dormire. Si
vero dormiendū est. tunc parum dormiatur. et longe a pran-
dio. Alioquin sequeretur capitis dolor. indigestio stomachi.
et reuma. Ergo dormire coactus remota zona et calciamen-
tis primo p dimidiam horam sup latus dextrum quiescat. et
p aliam dimidiam sup sinistrum. donec hora finiatur et non
amplius ob causam predictam. Et scitote qđ dormitio ante
prandium macilentum reddit corpus. qđ humiditatem eius
efficcat. sed post refectionem inpinguat. Quilibet autem pre-
cipue refectus semper teneat in tempore dormitionis caput
eleuatum et pectus. ne cibus redundans ad orificium stoma-
chi ipsum aggrauet. et per consequens caput et membra spi-
ritualia inde ledant. **AD DJLJO.** Quāuis somnus diur-
nus vituperetur nocturnus vero sit naturalis et a phisicis
approbatus. si tamen hoc nocte vigilauerit ppter causas com-
mode potest dormire in die. maxime si fuerit consuetus. Nā
consuetudo in talibus maliciam remouet. Preterea somnus
debite factus aufert dolorem et lassitudinem acquisitam ex
labore et vigilijs et impingnat corpus. maxime cū tempore
fuerit temperatus. Si vero prolixius et nimius fuerit reddit
corpus lassum et pigrum et superfluitatibus plenum.

Quarta regula de motu et quiete.

Capite erecto dormire debet

*Dormire si magis
nobis ostendit qđ*

duplex motus

¶ Scitote q duplex est motus siue exercitiū scz temperatū seu equale quod toti corpī prestat calorem temperatum siue equalem. i. nō excedentē. et tale exercitiū in splendide et quie te viuentibus cibū preoccupare debet. Nam per ipm calor naturalis mouetur a centro ad circūferentiam et excitat in toto corpore. qui adiutus per calorem acquisitū ex parte exercicij humiditates supfluas sub quibus latitabat in toto corpore cōsumit. quibus cōsumptis ipse calor naturalis fit acutior ad digestionem celebrandā. Ecce q̄ vtile est tale exercitiū p quod etiam corpus humanū a medicinis laxatiuis excusatur. si fiat quomodo et qñ oportet. Aliud est exercitiū inequale seu intemperatū. illud prestat toti corpore calorem inequalem id est excedentē et in fine infrigidat et exsiccat. Cuius ratio est quia per ipm multum cōsumitur de calido et humido naturali. et ita debilitat virtutem naturalem in membris. que frigus in calido et humido cōsistit. vt ait phs. Tale igitur exercitiū non cōperit in regimine sanitatis. Si tñ per errorem cōrigitur substrahi debet de cibo. et addi de potu. eo q potus facilius digeritur q̄ cibis. vt patet in viatoribus. Quod tamē intellige de tali potu qui simul est cibus et potus. et nō de aqua que est potus tantū. Ipsa em aqua post tale exercitiū esset venenū secundum. Auicē. extinguendo scz calorem et ipm mortificādo in membris principalibus que sūt. cor. epar. cerebrū. Aduertendū tamen q exercitiū equale frequentius debet fieri in hyeme et in vere q̄ in autumno vel estate eo q supfluitate plus habundāt in illis temporibus. qz etiam in estate et autūno multa fit cōsumptio humiditatum a calore aeris et apertione poroz. nec tantū comeditur in illis temporibus sicut in hyeme et in vere. Non tñ excludo quin tunc debeatur vti exercitio equali. sed nō ita frequenter sicut alijs duobus tēporibus. rationibns adiunctis. **ADDEJO.** Concordat almasor. li. iij. capi. de mensuratione motus. vbi dicit q motus mediocris añ comestionem excitando calorem et remouendo supfluitates a corpore preparat stomachū ad recipiendū cibum cum auiditate et ipm digerendum. et ideo ante comestionē est sanitatis cōseruarius. sz post comestionem quia facit calorem naturalem ad exterius exalare spiritū

Motus mediocris ante questionem sanitatis offert

tus debilitando. per istā viam virtutes naturales et digestio-
nem corrumpit. et secundū hoc est infirmitatis generatiuus
Suavis vero et debilis et pius et tardus et curtus post co-
mestionem adiuuat ad meliorem et citiorem descensum cibi
ad fundum stomachi. Hoc etiam vult. Auicenna. primo ca-
none capitulo de eo quod comeditur et bibitur.

Quinta regula de repletione

et inanitione.

Anteq̃ eatur ad mensam quantū possibile est supfluitates
precedentis digestionis expellātur. ne fiat cōmixtio puri cū
impuro. neue stomachi et intestinor̃ virtus cōturbetur. Et
secundū. Aristotelem quatuor s̃ cause multar̃ egritudinū. s̃
diuersitas ferculoꝝ. plongatio mense. in debita masticatio.
et nimius ac frequens potus in mensa. Primo quando varia
comeduntur fercula tūc forsan primū est durioris digestionis
medium aut facilis. terciū vero mediocris. et sic fit altricatio
cibarioꝝ. vnde varij diuersiq̃ generantur humores. et natu-
ra multū laborat digerendo. Secundo in plongatione men-
se primū quandoq̃ prius digeritur et in feces vertitur q̃ vlti-
mum incipiat digeri. et tunc digestum trahit indigestum ad
ip̃m epar qui est princeps operis et cocus nature. Tercio ne-
cessariū est perfecta epular̃ masticatio. Natura cū dentes or-
dinauit vt cōterant cibum atq̃ mollificent antequā ad locum
digestionis videlicet ad stomachum trāsmittatur. Qui vero
non conterit epulas suis dentibus perfecte masticando is na-
turam sui corporis multum defraudat. sibiq̃ multas ac vari-
as preparat passiones. Hinc est q̃ voraces et gulosi sepe nu-
mero egrotant. raroq̃ vel nunq̃ ad maturam perueniunt se-
nectutem. Quarto nimius ac frequens potus impedit diges-
tionem quēadmodū superfundere aquā olle bullienti impedit
eius feruorē. Semel tñ in die comedere esset laudabile quo
ad aliquos vt s̃ pingues et flegmatici hñtes meatus latos.
secus vero ē de colericis macribus. calidisq̃ et siccis corpori-
bus hñtibus meatus strictos. vt ait. Auicē. Uel saltē si bis co-

quatuor sunt et
regimē sunt et

epar om̃is est

AA iij

medendū est. sit ipsa cena modica in omni tempore. Ter autē
in die comedere omnino fugiendū est. Iuxta illud. Qui semel
est iustus. qui bis vir. bestia q̄ plus. Et ergo annuncio vobis
q̄ infiniti moriunt̄ ex repletionē nimia pauci vero ex ieiunio
vel inanitione. Iuxta illud. Excessus facimus. sed nos an nos
q̄ voramus. Laueat autem cōseruator sanitatis in quacūq̄
refectione comedere vsq̄ ad sacietatē. q̄ valde nociua est talis
comestio in qua nō sentitur aliquis locus vacuus in stomacho
Sed illa deterior que temperamentū egreditur. et in stoma
cho natat. Surge ergo de mensa cū aliquali esurie que mox
sublat̄ epulis euanescet. Et si aliquo die excessum fuerit tūc
sequenti die comedatur et bibat famelice. ne fastidiū genereſ.
ADDEJO. Balneū est de genere repletionis. Nam si
fuerit tepidū et fiat post refectionem cū cibus digestus est in
stomacho corpus impinguat. Est etiā de genere inanitionis
Nam si fiat ante refectionē seu corpore inanito. et hoc est post
omnem digestionem. et post mundificationem egestionis et
vrine. et sit calidū sufficienter. et in eo homo sudauerit. et fri
cationē in eo multā sustinuerit. corpus extenuat et desiccatur.
magis autē si in eo dormierit. Quod dicit̄ in regula. Semel
tamē in die comedere laudabile esse. Eōcordat. Bal. in de in
genio sanitatis dicens q̄ omnis homo sanus inter diem et
noctem ad minus semel. et ad plus bis. mane. s. et vespere co
medere debet. Sed quod melius et temperatius oibus ho
minibus existit est vna die comedere semel. et hoc circa meri
diem et post terciā. et alia die bis. ante terciā videlicet et in
vesperis. et sic cōtinuare hanc alternatiuā. et in hoc conueni
unt omnes phisici. S; comedere semel corporibus magis
extenuatis vt colericis vel melācolicis incōueniens est et in
utile valde. Colericis propter nimiam acuitatem que resol
uit humiditatem substantialem et sudorem. Melācolicis
propter debilitatem virtutis naturalis et caloris. etiam quia
propter cruditatem membroꝝ vento consumuntur. Quoz vir
tus debilis multū cibum vnica vicesumptum digerere et rec
tificare nō possunt. Comedat ergo melācolicus bis. in die
et parum qualibet hora

quod balneū dicitur
sed sit doct

In die et quod
deu prebent

Besta regula de accidenti

bus anime.

Scitote insup q̄ gaudium nīmiū nīmiāq̄ ira pariformi
ter euitari debent. Nam cito apparet eoz mala et pernicio
sa impressio. **ADDJL3D.** Ut vult almansor capitulo de
cōseruatione sanitatis. Gaudiū temperatū quod fit cū preui
sione et nō subito excitat naturā et cōfortat omnes virtutes
animales ⁊ naturales ⁊ spūs. adiuuat sanos ad oēs acciones
melius et nobilius faciendas. ppter hoc bonū est omnibus
hominibus nisi indigentibus minoratione carnis. qz gaudiū
multiplicat carnem in corpore et humiditatem. Gaudiū ve
ro quod subito et absq̄ preuisione fit. qz subito inducit euen
tationē in spiritualibus et calore existente circa cor facit spī
ritum et calorem exalare absq̄ reditu ad cor. et sic subitā mor
tem inducit. Ira vero inflāmando spiritū et calorem in corde
si perseverauerit inflāmat cor et membra et facit possidere se
brem. et specialiter si homo fuerit calide nature. ppter ea tales
precipue abstinere debent. Habentes aut cor frigidum et cō
plexionem frigidam cōfortat. nisi nimia et cōtinua fuerit nī
misq̄ pseuerauerit. vñ talibus aliqñ utilis censetur. Ampli
us nimia cura tristitia et sollicitudo carnem et spiritus dimi
nuunt ⁊ faciunt hominem melancolicum et immobilem. om
nesq̄ operationes animales et naturales dirimunt ac destru
unt. Et ideo homo qm̄ sanus viuere desiderat debet eas vi
tare pro posse. nisi dum intendit minozare carnem et humi
ditatem corporis vt dictum est. et per carnem multiplicatā
timet ne infirmitates incurrat.

Ultima regula de quatuor anni temporibus.

Seruanda sūt quatuor anni tpa que sunt ver. estas.
autumnus. et hyemps Ver incipit in medio marcij
durans vsq̄ ad medium iunij. et est calidum et humi
dum aereum. et in eo est germinatio sanguinis eo q̄ est tpa
te nature. Unde in eo tempore expedit comedere pullos galli
narum. turtures. oua sorbilia. et lactucam cū aceto. laccapri

De gaudio subito

de ira

Peruicacia

Ver

num. et pisces aspratiles cōditos cum speciebus aromaticis.
Et nullū tempus aprius est fleuborhomie: sudori medicinis
laratiuis et ceteris purgamentis. Nā quicqd erroris medici
ne et cura vel fleuborhomia in alijs tpebus accidit. hoc tem
pus veris suo tpeamento et sua nobilitate restaurat. Estas in
cipit in medio iunij durans vsq; ad mediū septembris. et est
calida et sicca ignea. In quo tpe excitatur quidā humor qui di
citur colera rubea. Quare cauendū est ab oī eo quod est calī
de et sicce nature ab esu et potione calidis. et a nimia saturita
te precipue in hoc tpe ne extinguatur calor naturalis. Come
datur quicqd fuerit frigide et humiditate nature. vt carnes
vituline cum aceto. cucurbite et pulli saginati ex farina ordea
cea. et fructibus acetosis. Venus coherceatur et motus siue
exercitium nimiū et balnea modice fiant. Autumpnus inci
pit in medio septembris durans vsq; ad mediū decembris.
Frigidus est et siccus terreus. in quo generatur colera nigra.
id est melancolia. Utendū est rebus calidis et humide natu
re. vt sunt pulli. agni. vne dulces. vinū vetus et subtile. et simi
libus. Exercitiū in hoc tpe et balnea et purgationes magis
pmittuntur q̄ in estate. Hyemps incipit in medio decembris
durans vsq; ad mediū marcij. Frigida est et humida aquea.
in quo tpe generatur flegma. Utendum est ergo rebus cali
dis et sicce nature. vt pulli columbar. et arietum carnes et
assature. et vniuersa pinguia. ficus. nuces. vinum rufum opti
mum. et olera. Abstineatur a solutione ventris et fleuborbo
mia nisi necessitate vigente. Exercitium moderatum in hoc
tempore plurimum cōmendatur. Nec habui que dicerē de
regimine sanitatis a radicibus pbisice veritatis sumpta. ad
uersus que si quisq; volet arguere. garrulus ille erit potius
q̄ disputator. Ea vero si custodierint homines. sani pfecto
et longeuo tempore viuent. Sin minus. non medicis. non
arti medicine. sed stulticie sed inobedientie sed sue negligentie
ascribant. **ADDJLJO.** Que si in omnibus obseruare
nolint. quo ad aliqua saltem id faciant. Ea em̄ quanto meli
us preciusq; obseruauerint. tanto meliorem precisioremq;
sanitatem. mundiorē senectutem et vitam longiorem sortien
tur.

Estas

quid dicitur
estate format

Autumpnus

Hyemps

Particula scđabuinus operis

De pronosticis seu preuisione futurarum egritudinum ex signis antecedentibus. et de consilio preseruatiuo ab eisdem egritudinibus.

Ad salutem corporis duo principaliter requiruntur. scilicet cōueniens ordinatio sex rerum innaturalium de qua statim diximus. Aliud est preuideri per signa super futuram egritudinem ne eueniat. aut absq; forti leione eueniat cum quo secundum tractatum salutis corporis seu cōseruationis sanitatis faciemus. Nam hec secunda pars est valde vtilis in regimine sanitatis et in omni operatione que dependet ex futuro. vt vult ypo. in prologo pronosticorum. Igitur si dolor capitis vel emigranea fortis et mansiuus fuerit cauendum est ne humores ad oculos descendant et dilatarēt pupillā et generent in oculo seu oculis maculas malas seu telam aut cataractam. Et si cum medicinis modificatiuis capitis et alterantibus malā dispositionem prouideri non poterit recurratur ad capitulū ppe egritudinis. **S**altus faciei si perseverans aut multus fuerit et fortis. oris torturam pretendit vicinam. Prouideatur cū solutiuis fortiter ac vomitiuis. Facies quoq; infirmi cū forti aceto in quo mentastrū sit decoctū fricari debet et comestio minuenda ac subtilianda. A vino preterea oīno abstinere. gargarismis fricationibus purgationibus et sternutationibus vti debet patiens. Tocius vero corporibus saltus multus et diu permanens spasmū pnosticat. In hoc casu fortiter euacuare conuenit corpus et totaliter fricare et calefacere. et regimen omnino subtiliare. et. medicinas fortiter calefacientes administrare. Stupor et membrorū debilitas in aliqua pte protendit peralissim. Subtiliandū est regimen cum ista ceperint apparere. et cum medicinis calefacientibus que faciant ad paralissim prouidendum. Rubedo faciei et oculorū atq; manifestatio venarū in ipsis et descensus lacrymarū. et impotentia patiendi luminis claritatē si ista affuerint cum forti dolore capitis frenessim pronosticant. Prouidean

tur cum infractione totius corporis cū oleo rosaceo mixto cum aceto et cū fleubothomia vene capitis et basilice. et cum medicina colerā mundificante vt est medicina facta ex scamonea. aloē. mirabolanis citrinis et similibus vel cū alia medicina magis t̃pata et minus periculosa vt est medicina facta ex tamarindis māna castia fistula succo rosaꝝ et similia. ¶ Incubus et vertex si p̃seuerent et fortes fuerint epilepsiam protendūt. Prouideat cū forti medicina ⁊ medicatiōe facta ex pilulis fetidis et ex melle sequilítico vel cōposito dato cum triplo aque decoctionis ysoꝝ ciperi achori capaz et peonie. et aliqñ cum tiriaca. ¶ Tristitia absq; manifesta cā diu p̃manēs pusillamitas atq; timor ⁊ cordis malignitas atq; desperatio melancoliā significant. Succurratur cū his que dicuntur in capitulo de melancolia. et accipitur hic melancolia p̃ egritudine non p̃ humore. ¶ Si ira et furor cū stabilitate p̃seuerauerit et tempus multum cōtinuauerint maniam significat. Succurrendū est cū rebus cōferentibus ad mania et demoniacā passionem. ¶ Cū aliquis circa oculos q̃si muscas volare vel quasi pilos stare inspexerit. vel in circuitu eoꝝ que aspiciuntur fumum aut vaporē viderit. p̃ncipiū descensionis aque ad oculos innuit. Prouideatur cū medicinis huius capituli scilicet aque descensionis ad oculos. ¶ Catarrus et corizior si frequenter euenerint et p̃seuerauerint. timendū est ne ptisis vel asma vel passiones pulmonis eueniāt. Ideo ibreui succurrendum est cum medicinis suoꝝ capituloꝝ. ¶ Sudor multus atq; p̃seuerās absq; causa manifesta corporis significat repletionem. Unde ypocras quarta p̃ticula amforismoꝝ. Sudor multus et somno absq; manifesta causa factus significat qm̃ corpus plurimo utitur nutrimento. si vero cibū nō accipienti hoc fiat significat qm̃ euacuatiōe indiget. Subueniatur cum abstinencia aut fleubothomia. Si autem sudor fetidus fuerit. tūc febrem vicinam significat. Subueniendum est cum rebus medicantibus coleram. ¶ Tremor cordis frequens protendit mortē subitanēam. Cum fleubothomia et ventris solutione succurratur. et specialiter cum rebus mouentibus humores adustos ⁊ melancolicus venenosos. vt sunt polipo. sene. epirbimati elebo. nigrum. et similia.

Repletio supstua et nimia timores Omoptoice passionis
id ē emissionis sanguinis cū vomitu stomachi in futuro pre
ter timorem appoplexie et mortis subitance affert. Statim
cū fleubothomia succurratur. Sensuū pturbatio ac motuū
debitatio si cū repletionē fuerit futurā nunciat appoplexiam.
Succurrendū est cum fleubothomia purgatione et garga
rismo. Brauitas si in dextro latere sit apud costas postero
res. id est apud costas imperfectas et curtas. et punctura atq
tensio epatis significat leionē. Subueniat prout in capitu
lo de egritudinibus epatis. **F**acies et palpebre si inflatę fue
rint ydropisim et cacesia significat. Cacesia est mala habitudo
precedens ydropisim **E**gestio plus tincta solito yctericiam
significat. Sed si fuerit alba sicut egestio canis significat ye
tericiam cū opilatione. que deopilantia requirit. **E**gestio
nes liquide indigestionē significāt et malaz in stomacho et
epate dispositionē. vel mundificationē maloz humorū exun
tium in venis. seu cursum humorū ex venis ad intestina me
diantibus melaericiis que cōtinuantur cum lima vel conca
uitate epatis et ipsis intestinis. **D**ollis egestio faciens
ani adustionē aut puncturam dissinteriā demonstrant futurā
Succurratur cū medicatiuo et alteratiuo colere vt sunt
mirabolani citrini. et similia. **P**uritus ani futuras emor
roydas fecat. specialiter si puritus ille fuerit absq causa ver
mium in loco existentū. **U**rina fetida putrefactionem in
epate et venis significat et q se. euenire debet seu vlceratio in
vesica aut vijs vrinalibus. et hoc per puncturā loci distingui
tur. **U**rine ardor diu pseuerans vesicam et virgam pustu
lis hereditabit. **L**assitudo et dissolutio membroz cū des
tructione appetitus febrem significat futurā. **Q**uando ali
quis sentit puncturam per totum corpus ad modum acus
et cum hoc habuerit extensiones absq voluntate significat
semper pustulas subitaneas. Succurratur cum fleuborbo
mia et ventosatione. **C**ommotio continua sub cute cum ar
dore et aliqua oripilatione febrem interpolatam significat.
Succurrendum est cū mundificatione. **F**ractio membroz
cum dissolutione absq causa extrinseca et cum obumbratio
ne visus et omniū sensuū et debilitate appetitus febrem con

tinuam significat. Cum fleubothomia succurratur statim an
tequā superueniant. ¶ Destructio appetitus ⁊ nausea colicam
innuit. Succurrendum cū clisteri somno et abstinētia. Pul
tus rubor faciei cum obscuritate et anbelitus angustia. et vo
cis raucedo lepram incipientem iam accidere timere faciunt.
Succurratur statim cum medicatiuis adustoz et alterati
uis vt sunt medicine elebo. nigri. polipo. sene. epithi. et simili
bus. Similiter qñ quis pruricum siccū habuerit per totum
corpus et cum hoc senserit puncturas ad modum acus et for
midationes quasdam per totum corpus. et faciem cum ocu
lis obfuscatam habuerit. lepram futurā significat. Succur
ratur velociter vt supra. cum rebus cōferrentibus ad lepram
ne cōpositio cū mala cōplexione firmetur. Si in vere squi
nantia multos inuadat replecionem significat et multiplica
tionem male materie. Succurratur cū fleubotomia et vento
satione. ventris solutione. abstinētia. et gargarismis factis
cum rob nucum et moris et similibus. ¶ Cumq; in hyeme
apoplexia paralisis et similes egritudines fuerint multipli
cate significat replecionem ex materia frigida multiplicata
peccato aeris corrupti per nimiam humiditatem. Remouea
tur materia subito et continue cū pillulis fetidis ⁊ similibus
cum sternutationibus et abstinētia a cibo et potu. ¶ Quā
do medicus estate dispositionem aeris cōsiderauerit et vide
rit q̄ multe eueniunt pluuie. nubes quoq; et pluuiar. multi
tudo die ac nocte pseuerauerit. ac meridionales multi venti.
exflauerint vel aer etiam ita quictus fuerit vt nō moueatur.
et cum hoc etiam meridionalis ventus turbidus existit. aerē
pestiferum per caliditatem multiplicatam. cum humido sig
nificat. Succurratur prout in sequenti tractatu docebitur.

Particula tertia et finalis tocius operis.

¶ De cōsilio preseruatiuo et curatiuo cōtra pestilentia vario
los morbillos ignē persicū et apostemata subito interficiētia:
Atidortū pestilentielle est duplex preseruatiuū et cura
tiuū. Preseruatiuū etiam duplex. dietale ⁊ medicinale

De quibus omnibus s3 prius de regimine dietali sex rerum
innaturalium predictarum seruato ordine tractabimus. **PRIMUM.**
AD. Aer corruptus fetidus vel infectus euitetur pro pos-
se. Domus sit septentrionalis potius q3 australis. Camera
sit in ede non inferior reumatica neq3 etiam superior. Tem-
pore turbido et nebuloso non est bonum ire per villam. sed
cum aliquo occupari infra domum in qua sint pauci. **SE-**
CUNDUM. Carnes grosse et viscosae euitentur. et pisces p-
posse. et acrimina vt cepe et allea et huiusmodi. De cepe tñ
cū aceto aliquādo parū sumatur. q3 generat humorem corro-
dentem venam vt vult. Auicē. in. ij. et hoc sit raro. Fiant sal-
samenta et potagia cum aceto et succo citri et acetose et spe-
ciebus temperatis. dimittendo piper et multum acuta. Om-
nia dulcia dimittantur pro posse maxime que excedūt in dul-
cedine. q3 generant humorem viscosum vt ait Galienus. Fruc-
tus oēs vitari debent nisi acetosi vt cerasa acra et malogra-
nata. Sed loco fructuum vtatur vno codeari coriandri pre-
parati siue confecti. et hec est medicina solēnis que nullo tpe
debet omitti vt vult Auicenna in secundo. Et vt breuiter di-
cā aceto vti in cibo et potu tempore pestilentie est nocuenti
ipsius asscuratio. a tota em̄ qualitate resistit huiusmodi cor-
ruptioni. Potus sit vinū album claz pollitum et mediocris
soporis seu pontici. non rubeum. neq3 fumosum. et potius seli-
gatur vetus q3 nouum. quia magis exsiccat. et nouum non
est complete digestum. Limphetur vinum aqua cocta infri-
gidata. Bibere aliquando in mane et parū de bona maluesia
vel aliquo vino pontico vtile est. cum vigeret calor. naturales
spūs multiplicādo et superfluitates exsiccat. **TERCIUM.**
Somnus diurnus reprobatur in hoc tempore. post prandi-
um saltem. Et si dormiendum est. hoc sit parū et tarde a co-
mestione remota corrigia et calciamētis. et capite et collo be-
ne eleuatis. a frigore precauendo. **QUARTUM.** Tempore
epidimie exercitium fugiendum est in aere discooperto. quia
plus attrahitur de aere infecto. sed tantum permittitur exer-
citium aliquale in aere recluso habitationis seu domus sto-
macho ieiuno. et plus laudatur quies quam exercitiū in hoc
tpe. **QUINTUM.** Repletio saturitas ebrietas ingurgitatio

multiplicatio ferculorum prolongatio mense quāuis omni
tpe sint mala. pessima tamen in tpe pestilentie. Inanitio pre
cipue in hoc tpe mala. Expurgare cerebrum p nares et pala
tum et corpus euacuare ab omnibus supfluitatibus est bonū
quāto plus est possibile. **SEXTO.** Coitus ira et nīmū
gaudium similiter euitentur. et balnea nisi in extremitatibus.
Corpora em illa sūt pestilentie disposita a quibus fit magna
resolutio. vt hoīes abutentes coitu vel fluentes in balneis. et
q̄ calefiunt labore vel magna ira. Et hec sint de secretis in
naturalibus. et de p̄seruatiuo dietali. **MEDICINA.**
P̄seruatiua sumatur bis in septimana de bona tyriaca. ad
quātitatē fabe cū vino albo aquatico vel lymphato. vel cū
aqua acetose qđ melius est. Vel sumatur puluis factus de
radice tormentilla. Vel pul. seu pillē formate ab auicē. et rasi
bermon. Recipe aloē cicotri. 3. i. mirre. croci. añ. 3. semis. cū
vino fiāt et cū vino sumunt ad quātitatē. 3. i. vel cū sirupo ace
toso vel sirupo de ribes vel aqua mēre. Dicit̄ et est vez q̄ ois
hō frequenter vtens his pillulis specialiter in principio pesti
lentie euadet eam et nō incurret. Valent em hec pillule quia
resoluunt et exsiccant et sūt sine cura. et earū vsus frequentē
quia nunq̄ fuit inuenta medicina cōpar ei. nec tam laudabi
lis et expta. et sumantur semel bis vel ter in septimana. La
pis bezar valet contra omne venenum. valet etiam bolus ar
menicus sumptus cū aceto vel aqua frigida in pua quātitate.
similiter et terra sygillata. Electuariū dyantos valens ad ti
morosos tristes furiosos debiliū spiritū. cordiacis sinco
pisanibus conualescentibus cōueniens reliqueas humoꝝ
nociuoꝝ et cibi corrupti venenosi potenter expellens a peste
epidimiali et aere venenoso necnon a febriū corruptione pre
seruat. **CURA.** Si vero morbus pestifer euenerit. aut est
febris sola. vel cum apostemate. Si ē febris sola et venter nō
est laxus puocetur cum suppositoꝝ vel clisteri post fiat fletu
botthomia de basilica. et pua quia in talibus virtus est debilis
et materia multum mala. et quādoq̄ non multa. Et dieta te
neatur vt in acutis quātum ad cibum et potum. Verūtamē
licet in pua quātitate frequētius debent cum aliquo cōforta
ri ppter deperditionē spiritū nam aliter pderent appetitum

et illi qui viliter se habent in comedendo euadunt et videntur
vt ait auicenna. in iij. Non debet patiens sustinere sitim sed
in potu aliquid acetosum admisceatur. vt est vinum malagra-
natorum. syrupus de ribes. aqua acetose succus limonum vel
succus citri. Laueatur a forti medicina. quia frequenter tales
per fluxum ventris moriuntur. Sed castia fistula thamaris
dicreub. viole. pruna et quandoque clisteria possunt administra-
ri. Semper medicus habeat mentem ad confortandum cor-
et illud pro alio remedio non post ponatur. Confortetur ergo
cum epithimatis ad extra. et cum syrupis et alijs medicami-
nibus ad intra. in quibus omnibus sit in frigidatio et odo-
ramentum. vt sunt acetositas citri et pomorum. et granata aceto-
sa. camphora. sandalis et similia. Electuarium dyantbos de.
quo supra loquutum est admistretur quia valde confortat.
Valet etiam triasandali et diarodon abbatia. Pauperes vero
sumant succaram rosaceam cum aqua frigida et modico aque
rosaceae. Abstineat patiens in balneo et potu aque calide tan-
quam ab initio mortali quia multiplicat pestilentiam et calidum
accidentale ac humidum. et appetitum deicit speciemque exalare
facit. Similiter abstineat ab usu brodiorum carniū habentium
caliditatem et humiditatem actu. nisi illa brodia rectificata
fuerint cum agresta. vino de granatis. aceto et similibus. Si
autem cum febre est apostema. tunc fiat fleuor homia secundum
exigentiam loci ubi sentitur dolor. Super locum apostematis
non ponatur cyriaca. quia ipsa pellit venenum ante se. et sic fa-
ceret apostema profundari. Apostemata nunquam debent repercu-
ti. et ideo supra non ponatur acetum. morella. plantago. et hu-
iusmodi. sed ponantur attractiua et maturatiua emplastra.
Si vero esset ignis pisticus in quo non apparet tumor mag-
nus. sed nigredo et combustio et cito dilatatur. fiat emplastrum
tale. Recipe malis granatorum. acetosorum quantum volueris. fran-
gantur et cum aceto coquantur. postea bene terantur. et totum
extendatur super pannum vel alutam. et desuper applicetur
postquam apostema ruptum erit. quia non est presentis specula-
tionis. quodcumque sit illud. manui chirurgicali dimittatur.

¶ Explicit opus tripartitum de salute corporis editum. Bononie
per dominum Guilhelmum de saliceto medicine doctorem solenissimum.

Incipit tractatus qui intitulatur salus anime alias stabili-
mentū fidei catholice. editus p̄ reuerendissimū patrem do-
minū Cardinalem de turre cremata ordinis predicatorū. exi-
mium sacre pagine doctorem. Et diuiditur in septem. p̄tici-
las s̄m q̄ ibi sunt septem rationes seu argumenta efficacissi-
ma veritatem huius fidei stabiliencia.

Argumentum primum.

Ocet nos diuina scriptura. et cōsonat naturalis
rō ac moralis doctrina q̄ non est credendū omni
spiritui. Et item q̄ qui cito credit leuis sit corde.
ecclē. xviij. Ideoq̄ ammonemur probare spūs an
ex deo sint. Proinde quo incōprehensibilia atq̄ altiora s̄t
que p̄ponuntur credenda. eo efficaciora debent esse argumen-
ta quibus illa credi oporteat. Vnde xp̄us docēs trinitatē in
diuinis atq̄ vnitatem cōsistere. asserensq̄ esse filiū dei et xp̄m
in lege promissum ac p̄phetis. et sacrificia sacramentaq̄ no-
uam legē cōdens. nō exegit a nobis vt solis ac nudis verbis
suis crederemus. sed varijs multisq̄ modis probauit se vera
docere atq̄ asserere p̄ opa miraculosa et sup̄naturalia que fe-
cit. de quibus dixit. Opera q̄ dedit mibi pater p̄hibent testi-
moniū de me. Joh. x. Et rursus eodē ca. Si mibi non credi-
tis operibus credite. Itemq̄. Si non facio opa patris mei
nolite credere mibi. Et itē. Si opa nō fecisset in illis que
nullus alius fecit. peccatū nō haberēt. Jo. xv. Unde et ipsi
aduersarij xp̄i infelices indei stimulāte inuidia dicebāt. Quid
facimus. q̄ hic hō multa signa facit. Jo. xi. Alioq̄ in loco q̄
dam eorū dicebāt. Xp̄s cum venerit nūquid plura signa faci-
et. q̄ que hic facit. Jo. vii. Illud ergo in primis scire cōuenit
q̄ sicut boies vniuersū vnius eiusdemq̄ s̄t speciei. ita ad vnā
eandemq̄ beatitudinē siue ad eundē vltimū finē saluificū s̄t
creati. Nec aut̄ beatitudo non est feda et brutalis voluptas
quā p̄fidus in suo alcorbano machometus repromisit in pa-
radiso terrestri habendā. sed est clara et p̄fecta visio deitatis
fructiā ineffabiliter deliciosa ac plenarie cōtemptiua et queta
tina omnis desiderij mentis create in paradiso celesti eterna-
liter possidenda. quā in euangelio xp̄us docuit et repromisit.

eiuseq; euangeliste atq; apostoli predicauerunt. Quenadmo-
dum igitur totum genus humanū ad hanc beatitudinē et fi-
nem ultimātū saluicū est creatum. sic omnium fidelium atq;
electorum. oportet esse vnā et eandem fidem qua credant deū
esse omnium creatorem iudicem ac remuneratōrē. Et fuit hic
fides ab exordio mundi a cunctis electis obseruata. Que nū
per temporū successiones creuit et paulatim magis magisq;
explicita fuit. Insuper quia beatitudine tāta priuatū fuit ge-
nus humanū primoꝝ transgressione parentū. atq; per xpm
ad eandem beatitudinē fuerat reparandum. Igitur a mundi
principio necessariū fuit ad salutē habere fidem xpi explicite
vel implicite. Que fides quia de supnaturalibus est. p natu-
rales non potuit rationes pbari. sed pedetenti manifestata
est hominibus. Primo quidem p reuelationes diuinas. per
angelicas allocutiones. per appariciones supnas factas scis
patriarchis atq; pphetis qui tuere a mūdi principio vsq; ad
moysen. Deinde plenius facte sūt moysi ac pphetis veteris
testamenti. et p eos manifestate sunt fidelibus ceteris. Inte-
rea vt sciremus talia diuinitus esse reuelata viris precipuis
attestatus est omnipotens deus verbis doctrinis vaticinijs
et predicationibus eorundem p copiosa et preclara miracula
tanq; per supnaturalia testimonia et argumenta diuina que
sunt tāq; sigilla omnipotentis dei scripturis et verbis scōꝝ
mirabiliter appensa. In talibus em̄ vt pulchre ait. Hilarius
que supra naturā sūt soli deo de se ipso credendū est. Itaq; fi-
des ista vocat catholica. i. cōmunis siue generalis. generali-
ter em̄ inhesit cunctis dei electis a mūdi exordio ipeq; euā-
gelice legis fuit p vniuersum mundū predicata diffusa ac re-
cepta. Dabuit quoq; ab ipso mūdi principio miracula signa
q; gloriosa. Rempe in abel iusto sacrificante deo apparuit
signū qñ venit ignis desursum sacrificia eius cōsumens. Hāc
vbi trāslatio nostra habet. Respexit deus ad abel et ad mu-
nera eius. Gen. iij. Alia trāslatio h3. Inflāmauit sup abel
et sup munera eius. Signū qđ posuit deus in cayn. trāf-
latio enoch in paradysum. generale diluuiū. magna stupenda
q; fuere miracula Porro post diluuiū sanctis patribus noe
sem abrahā ysaac iacob et alijs multis frequēter ac generose

apparuit et mirabilia fecit. Tandē per moysen in egipto multa magnaq; deus fecit pdigia. per quem suam plebem israheliticam ab egiptioꝝ seruitute durissima liberauit. deosq; eoꝝ impotentes et vanos abscondit. Cōsequēter vero p moysen legē dedit populo suo in monte synai non sine magnis multisq; signis prodigijs atq; miraculis. Et quāuis miracula p moysen facta satis obsconderēt legem mosaicam esse diuinitus datā. nihilominus postea per iosue aliosq; iudices pphetas ac patriarchas durante lege moysi q̃ plurima fecit deus magna gloriosaq; miracula. et maiora q̃ per moysen facta erant. Orante em̃ et quasi iubente iosue sol et luna sterere in medio celi immobiles spacio diei vnius. iosue. x. Similiter ysaia dñm inuocantes sol retrocessit spacio. x. horaz. et plon gata fuit dies illa perhoras. xx. ysaie. xxxviii. Deniq; q̃ potē res et gloriosi fuerint helias et heliseus eius discipulus. liber regū describit. Et breuiter donec ad xpī aduentum habuit populus iudeoꝝ certis temporibus sub lege mosaica tunc. currente sanctos pphetas aut dei amicos. signa quoq; ante q̃ miracula. Unde glorianes cantabāt. Quāta audiuius et cognouimus et patres nostri anūciauerūt nobis. Et fuit quondā populus ille multis donis ac priuilegijs diuinitus adornatus et precunctis populis multipliciter sublimatus. Porro a tempore illo quo xp̃s mūdo apparere et illi populo predicare est dignatus. neminem habuerūt de plebe sua facientem miracula. nisi ip̃met dominū ihesum. et discipulos eius. Quem cum crucifixissent eiusq; apostolos et discipulos abiecissent. ablata sunt eius vniuersa supnaturalia beneficia. dei et priuilegia cōsueta gratia pphetie et mirificationes. immo et tūc priuati s̃s templo et vrbē regno et sacerdotio. sunt que in presens mundi uagi dispersi capti oppressi et cunctis. hominibus miserabiliores effecti. Omnis quoq; excellentia illa vaticinoꝝ miraculoꝝ priuilegioꝝ et diuinoꝝ carismatum discipulis cristi habundantissime est collata. et per ipsos ad populum credentem translata.

Argumentum secundum.

¶ Quāuis ea que per ipsum opatus est xpus sufficient ad euangelice legis et fidei sancte p̄bationem. tamē ex eis miraculis atq; doctrinis pauci iudeorū fuere conuersi. et qui ex illis conuertebantur paulo post xpo capto et crucifixo ita fuere turbati territi et deiecti q̄ a sua fide pariter corruerunt. nec xpm confiteri. nec coram iudeis apparere audebant. quousq; dominus ihesus post suam resurrectionem ipsis frequenter atq; euidenter apparuit et in eorum presentia ascendit motu proprio in celū sanctiq; angeli eis visibiliter apparebant ac loquebant. Sicq; quinquagesimo die post suā resurrectionē xps in visibili signo misit et infudit gloriosis apostolis et q̄busdam alijs fidelibus spiritū sanctum. qui repente corda eorum diuini amoris ardore vehementissime inflāmauit. omni q̄ virtute repleuit ex alto. totius quoq; sacre scripture noticiam habundantissime inspirauit. et omniū linguarū scientiam dedit. gratiam etiam p̄phetie efficaciamq; signorū. Ita q̄ beatissimi illi apostoli desuper cōfirmati vincti succensi subito pariter eruperunt de suo cōclauī. sublataq; omni formidine predicarunt iudeis feruentissime atq; firmissime. constantissimēq; atq; intrepide affimarūt. Ihesum nazarenū esse regem messia in lege promissum ac p̄phetis. Et q̄uis in veteri lege plurimi sancti multa magnaq; fecere miracula. tamen in euāgelica lege innumerabiliter plures multo plura et maiora miracula signa et prodigia perpetrarūt. quēadmodū sacre atq; autenticę attestantur hystorie.

Argumentum tertium.

¶ Est. quod ea que in euāgelica credimus lege scimus a sanctis p̄phetis ac patriarchis in lege nature. maxime vero in lege scripta mosaica ante tot secula esse prenunciata prefigurata et descripta. Nampe de cristi aduentu incarnatione et natiuitate ex p̄gine gloriosa moyses in suis libris. dauid in psalmis. salomō in canticis. ysaias in multis capitulis. iheremias zacharias. aggeus copiose et clare p̄phetarunt. De loco quoq; natiuitatis cristi propheta micheas. De certo vero sui aduentus tempore vaticinatus est daniel. De eius passione

ysaias. dauid. iheremias. osee. et alij sunt prelocuti. Sed et
de pa eius deitate supradicti pphete clarissime conscripserunt.
Que oia eruditis in lege et pphetis certissime constant. et in
alijs tum p alios tum p nos editis tractatibus st probata.

Quartum argumentum.

Est ista tam diuturna ac finalis derelictio iudeorum qui
olim erant peculiaris et carissimus dei populus. Et quando
per ydolatriam ac alijs modis tempore veteris testamenti
grauiter offenderunt couenerunt castigari a deo pergentes
ydolatrias quoque potestati tradebantur interdum. p vi. per viij.
quandoque per annos. xviij. aut xx. tandem per annos xl. Cum
que peccassent grauissime tempore iheremie pphete. et an p
ydolorum culturam et pphetarum ac iustorum persecutionem atque
occisionem p adulteria transgressionemque legis in augurijs
sortilegijs diuinationibus et magicis artibus. traditi sunt
hostibus suis. translati et capti per annos lxx. Interea tamen
missi sunt eis multi sancti pphete et viri dei ad consolandum et
instruendum eos qui et liberationem eorum futuram determi
nate prenunciauerunt. Sed postquam xps ab eis occisus est. eiusque
discipuli ab ipsis oppressi et deiecti sunt nec penitere aut crede
re voluerunt. traditi sunt manibus romanoque et crudelissime
deuastati occisi uendati capti et per mundum dispersi usque in
presens per tot centenaria annorum. utpote plus quam per annos.
M. cccc. Nec interim habuerunt pphetas neque miracula. nec
templum. nec regem. nec sacerdotium. nec propriam terram. Et
hec omnia de eorum infidelitate derelictione desolatione capti
uitate induratione obstinatione et miserijs a pphetis scimus
esse predicata. oia quoque dilectionis et acceptationis dei cir
ca homines signa. cuncta dona priuilegia carismata miracula
olim eis concessa ad populum christianum copiosissime nouimus
esse translata. Ex huius quoque intuitu argumenti conuersi sunt sepe
numero plurimi iudeorum. et quidam eorum quotidie conuertuntur.
Nisi enim iam multo enormioribus essent inuoluti sceleribus
quam antea unquam. non tandum neque tam maxime essent a deo
spreti derelicti posthabiti. praesertim cum nec interim coluerunt
ydola dieque ac nocte clament ad deum pro consolatione.

Quinti argumenti prima

pars.

Quoniam miraculo per christum et suos discipulos facto maius et prestantius extat miraculum totius mundi conuersio ad tam arduissimam euangelicam legem et incomprehensibilem fidem sine violentia et armis. sine eloquentia astutijs calliditatibus que humanis aut magicis artibus ad predicationes et miracula paucorum. et pauperum christi discipulorum. Quauis enim iam plurima et maxima regna a fide christi corruerint. presertim per violentiam sarracenorum. temporum quoque atque hominum malicia exigentibus. ut asia affrica egiptus terra promissionis caldea et regna persarum atque medorum. palestina syria. multa quoque alia. bectamen regna omnia multis annis fuerunt christiane religionis cultu ornata. Testes sunt veteres approbate historie. testes doctores scriptoresque plurimi. testis et ipse doctrine fulgore et vite sanctimonia prestant beatus ieronimus asserens in eo quem scribit aduersus helindium tractatu. quod suo tempore totus in christum credebatur mundus.

Argumenti quinti secunda

pars.

Est. quod ab exordio predicationis euangelice legis plebs christiana habuit persecutiones et impugnaciones acerrimas valdeque multas ab imperatoribus regibus et tyrannis. a iudeis a pharisaeis ab hereticis. et tamen inter hec omnia penaliam mala. christiana religio magis magisque excreuit atque preualuit. et non nisi ope et virtute diuina et per excelsa ac preclara miracula. Sepeissime namque visum est in vnius martiris occisione deum tot et tanta ostendisse prodigia quod. xx. xxx. aut xl. milia incredulorum conuertebantur. Postea vero propter assidua protholorum atque enormia grandiaque christianorum scelera permixti sunt sarraceni et alij fidelibus aliquando preualere.

Argumentum sextum.

Est veritas atque certitudo verborum legiferi nostri domini ihesu. qui ait. Celum et terra transibunt. verba autem mea non

transibunt. luce xxi. Et iterum. Amē dico vobis donec tran
seat celum et terra tota vnū aut vnus aper nō preteribit de
lege donec oia fiant. Barthiei. v. Nempe vt ait preallegatus
iberonimus Mendaces faciunt vt ipsis quoq; vera dicen
tibus non credatur. E cōtra. veraces faciunt vt eis in oībus
prestetur fides. Multa aut de alijs et de seipso predixit do
minus ihs. vtpote iherosolomitā destructionē. iudaicā de
solationē. suam a discipulo traditionē. captionem. illusionē.
flagellationē. crucifixionē. mortem. resurrectionē. ascensionē.
spiritus sancti missionem. aduentumq; suū in vltimū generale
iudiciū. Que omnia preter hoc solū vltimū quod adhuc futu
rum pendet cōtigisse ac vera fuisse certum atq; indubitatum
est. Restat igitur vt qui tot ac tāta predicta ab eo futura. fecit
esse preterita de hoc vno quod supest non sit aliquo pacto
mentiturus. Quō em̄ mentietur veritas. aut quō facta dictis
cōpensare omnipotentia nō valebit. Quō inquā qui maiora
fecit minora facere non poterit. Maius siquidem est iudica
tum ad mortem. mortuūq; resurgere a mortuis. q̄ viuū iudi
care viuos et mortuos. Maius est hominem celos ascende
re. ad dextram sedere virtutis dei. angelis imparare et toti ce
lo. q̄ ecclis descēdere et solos homines demonesq; iudicare.

Argumentum septimum.


Est perfectio euangelice legis et sanctitas vite quam xps
sanctorū omnium sanctissimus in euangelio docuit. Perfec
tionem namq; et sanctitatem cōstituit in feruenti pura et ple
na deitatis dilectione. Dedit quoq; auxilia aptissima perue
nienti ad talem dei dilectionem. docendo omnia illa vitari
ac deferi que sunt impeditiua spiritualis pfectus et incremen
ti diuini amoris. vt sunt temperales diuitie. carnales delicie.
mūdani honores. p̄rie voluntatis libertas. impacientia. ran
cor. inuidia. torpor. ocium. negligētia. gula. Et breuiter exem
plo et verbis docuit p̄rium et priuatum amorem extingue
re. deumq; toto diligere corde et seipsum pure in deo ita vt
omnia illa amplectamur et acceptemus que nobis accōmo


da sunt ad cōplacendum altissimo ad proficiendum in caritate et gratia eius. omniq; virtute ad delendum nostra peccata. ad satisfaciendum pro eius atq; ad cōformandum nos pro posse sue sanctissime passioni. Sicq; in omni aduersitate tribulatione iniuria paup̄tate castigationeq; corporis gloriemur. in omni correptione correptione. aspernatione derisione velut in omnibus diuicijs gratulemur. oīpotentiq; regraziemur. O diētes nos diligamus. psequētib; beneficiamus nec malum reddamus p malo. sed potius in bono malo vincamus. Flostra bonitate caritate pietate humilitate patientia mansuetudine beneficentia. alioꝝ maliciam inuidiā crudelitatem sup̄biam impatientiam iracundiam iniuriam superemus et extirpare conemur. Ecce habes ex xp̄i euangelio omne officium medium scz et perfectum. de quibus et a tullio et a beato ambrosio in libro officioꝝ scriptū est. Legimus enī in euangelio adolescenti cuidam dixisse dominū. Si vis ad vitam ingredi. serua mandata. Dixit ille Que Ihesus autem ait illi. Non homicidium facies. non adulterabis. non furtū facies. non falsum testimoniū dices. honora patrē et matrē et diliges proximū sicut teipm. Hec sunt media officia quib; aliqd̄ deest. Dixit illi adolescens. Omnia hec custodiui a iuuentute mea. Uende omnia bona tua et da pauperib; et habebis thesaurum in celo. et veni et sequere me. Et supra habes scriptum vbi diligendos inimicos et orandum dicic pro calumniantibus et persequentibus nos et benedicere maledicentes. Hoc nos facere debemus si velimus perfecti esse sicut pater noster qui in celis est. Qui super bonos et malos solem iubet radios suos effundere. et pluuiam et rorem terras vniuersoꝝ sine vlla discretionē pinguescere. Hoc est ergo perfectum officium quod carthothoma dixerunt greci. quo corriguntur que aliquos defectus potuerunt habere. vt ait beatus ambrosius. Et ecce qui ista perfecta euangelij consilia adimpleuerunt fulgent miraculis. clarent signis. et exaudiantur copiose a deo atq; a carismatibus spiritus sancti replentur. Quantoq; supradictam perfectius atq; excellentius obseruauerunt. tanto clarioribus fulserunt miraculis. non solum


solum in vita sua et morte. sed item post mortem et qui eorum in
plorauere suffragia celitus exauditi sunt. Tales obsecrat de
us esse suos amicos dilectissimos. ad eorum postulationes
faciens magnanimis atque innumerabilia signa atque miracula.
Ipsis rogantibus immutauit motum celestium corporum. mor
tuos suscitauit quos plurimos. et a natiuitate cecos claudos
surdos mutos fecit videntes ambulantes audientes loquen
tes. leprosos quoque et alios irremediabilibus egritudinibus
laborantes curauit. Non docuit Christus in euangelio ut scelera
tus et perfidus in alchorano suo machometus quod fideles red
dant malum pro malo easdemque iniurias molestias lesiones
inferant alijs quas paciuntur ab illis. Fleccos etiam qui ita
vltiscuntur mirificat deus per sua opera miraculosa. sicut nec
in lege machometi tales unquam miraculis claruerunt. Postre
mo et si ea que credimus seorsum accepta valde sint incomprehen
sibilia et miranda immo interdum irrationabilia aliquibus
videantur. tamen dum omnia comportantur ac inuicem com
parantur. atque cum suis argumentis et rationibus assumuntur
tunc plane inueniuntur pulcerrimam habere conexione. et
rationabilissima esse. ac mutuo sapientissime concordare. Nunc
ergo nunc pariter gratias deo referamus. omnes qui de te
nebris nos vocare est dignatus inadmiratione lumen suum.
qui de lumine fidei ad lucem beatifice visionis nos simul dig
netur perducere. ad laudem et gloriam nominis sui in eternum
benedicti. Amen.


Explicit tractatus de salute


anime. Editus per reuerendissimum patrem dominum Cardi
nalem de thurre cremata ordinis predicatorum. eximium sacre
pagine professorem. Anno domini. M. cccc. xcvi. Impressum
Lypczk per Arnoldum de Colonia.




























F. 212 (57) De Salute corporis et anime Tyspek - 1495.

